A nos cõmouemini? Si alia ratione adducti noſtrã amicitiã fugitis,eam nobis obſecro pa-
tefacite.Nãq; qui ſanctũ ſpm̃ ex ſolo patre procedere diceret,is plane ſanctorũ patrum
ſentẽtiæ ac veræ fidei cõtradiceret.Duorũ enĩ alterũ incõmodũ neceſſe eſſet incurrat,
vt vel in diuinis perſonis nõ naturalẽ ordinẽ eſſe credat,aut filium ſanctumq; ſpiritum,
patris creaturas eſſe. In quẽ quidẽ errorẽ Arrius & * Eutychius,ac Macedonius inci- als,Eutyches
derunt. Quẽ cum Romana eccleſia clare vidiſſet,Occidẽtaliũ patrum cõſilio,ſummaq;
ſapiẽtia diuinũ ſymbolum declarauerat. Vt aũt vobis pateat,ſolã hãc Petri ſedẽ noſtræ Matth.16.c
fidei declarãdæ facultatẽ habere,cõtra quã portæ inferi,hoc eſt,hæreſes,neutiq̃ præ-
ualebũt,queadmodũ hucuſq; minime p̃ualere potuerãt,hæc ſola Græca legatꝰ authori
tas,quæ inſcribit ep̃la ſuper ſermone de fide, tametſi plures alias Græcas authoritates
ad hãc rem p̃tinẽtes habeamus,p̃ſertim beati Cyrilli theſauros, in quibus Romani pon
tificis facultas & dignitas plurimũ reſplendet.Sed hæc hactenus in p̃ſentia. Silẽtio aũt
præterire nolim,Romanã eccleſiam, cuius humeris incumbit veritatẽ reddere clariorẽ,
hanc quoq; veritatem ex filioq;, neceſſario ſuſcepiſſe. Quæ quidem ſi non implicite vel
explicite ſuſcepta fuerit, ſeruari poterit nemo. Si quidem igitur,patres optimi,orationi
nr̃æ velitis(vt par eſt)acquieſcere,non alia re opus fuerit,niſi vt clauſis ac poſtpoſitis li
bris,omnes veritatẽ hanc amplectamur,ac in dei eccleſia coniungamur.

¶Quoniã,reuerẽdi patres,Agathonis literis vehemẽter inniti videmini,idcirco nõnul Iul.cardina.
B la proferre velim,quæ Coloſſenſis reſponſionẽ cõfirmẽt,ac ipſam clariorem reddãt. Agathon.
Sed prius hæ literæ perlegantꝰ. Si veritatẽ(inquit)ſilentio p̃teribo,quã verbis his,Paſce Iohan.21.c
oues meas,& tu aliquãdo conuerſus,confirma fratres tuos,iuſſus ſum præſtare volen Lucæ.22.d
tibus:quando nobis neceſſe eſt Chriſtianos ea docere,quæ ad veram fidem pertineãt.
& infra,tota catholica Chriſtianorũ,generaliaq; concilia,eius, hoc eſt,Romani ponti-
ficis doctrinam fideliter amplexata,necnon ſancti oẽs doctores ipſius eccleſiæ lumina,
eiuſdẽ doctrinã ſequẽtes,& reliqua.Cũ ergo quippiã agitur de fide,neceſſe eſt Roma
no pontifici ambigua declarare,eademq; p̃dicare:ſynodis vero,totiq; eccleſiæ doctri-
nã eius ſuſcipere:quemadmodũ ex his ipſis Agathonis literis habemus,quas ſexta ſy-
nodus ſuſcepiſſe videtur.Sed hęc hactenus. Et(ſi iubet)ſurgamus,cũq; vobis viſum fu
erit,ſeſſionẽ aliã celebremus. Tum ſancta ſynodus iuſſit,vt ad primam diem mẽſis No
uembris ſeſſio fieret.

Die ſabbati prima menſis Nouẽbris,octaua ſeſſio Ferrariæ.

ORationẽ veſtrã,patres ampliſſimi,æquo animo audiuimus, cui modo nos re- Beſſarion
ſpõſuros,oportet etiã vos mutua beneuolẽtia auſcultetis,ita vt dictio noſtra
mutuo habeatꝰ amore,noſterq; ſenſus ſic explicetꝰ,vt ad ſanctã eccleſiarũ vnio
nẽ oẽs aſpicere videamur,agentes ea,quæ oporteat agere, refellentes vero,
C quæ ad ipſum noſtrum finem pertinere non videantur,vt non ipſis magis indulgere,
q̃ vniuerſalis eccleſiæ commodo velle conſulere cenſeamur.Ipſi quidẽ vobis promitti
mus nõ vllum verbũ proferre,vel patiẽter auſcultare,quod inhoneſtũ eſſet,vel ſimul-
tatem inter nos aliquã poſſet,parere,credẽtes idẽ vos velle idemq; ſentire. Sed dũ hæc
agimus,attẽdite,obſecro. Sermonẽ noſtrum patres ampliſſimi,partes in quatuor diuiſi-
ſtis,ac nõnullas rõnes pro p̃te q̃libet attuliſtis, q̃bus creditis nos innixos, eiuſmõi ſn̄iam
habuiſſe. Vñ poſtea euenit,vt nobis cõtradicere cupiẽtes,ea demõſtrare aggreſſi fueri-
tis,quæ neutiq̃ ad rem attinere viderentꝰ.Initio nãq; cõcluſiões quatuor oñdere promi-
ſiſtis.Primo,ex filioq;,particulã,nõ additionẽ,verũ declarationẽ,ac ſymboli dilucidatio
nem eſſe.Secundo, Romanã eccleſiã facultatẽ habere declarationes eiuſmodi faciendi.
Tertio,particulam ipſam ex eccleſiæ doctorum ſentẽtia veram eſſe. Poſtremo,cogni-
ta hmõi veritate,Chriſticolas oẽs ipſam ſuſcipere,prorſuſq; cõſectari debere. Porro aũt
longa oratione de duabus primis partibus per vos habita,de alijs duabus ſeſſione p̃teri
ta verba facere promiſiſtis.Rurſus ad ſecundã redeuntes partẽ,de ea dixiſtis plurimũ,
quinimo veſtra tota fere oratio in ipſã verſata fuerat,vt ſcilicet probaretis, Romanę ec
cleſiæ licere obſcura declarare,ac eiuſmodi declarationẽ diuino ſymbolo addere, quæ
cum modeſtiſſime ageretis,a nemine noſtrũ interpellati fuiſtis. Ad extremum aũt pro
tuliſtis,& ſi valde conueniens eſſet,reliquas duas partes oſtẽdere:nobis tamẽ volentes
facere gratũ,nolle quicq̃ de eis p̃ferre.pro quo quidẽ veſtro in nos officio vobis ma
gnas agimus gr̃as,licet in eo nõ minus vobiſipſis,q̃ nobis ſatiſfeceritis,qꝛ de oĩbus parti-
bus